

ADATTÁR

A Batthyány Ignác-féle akadémiai tervezetek.

A magyar tudós társaságok történetének ismertetésében nincs munka, cikk és lexikoni közlemény, amely Batthyány Ignác gróf erdélyi püspök ily irányú kezdeményezéseire ne hivatkoznék. Legutóbb is dr. Hofbauer László az Erdélyi Múzeum 1933. 7—9. számában tesz említést róla, sajnálattal állá pítva meg, hogy a tudományos élet terén jelentős szerepet vívő főpap idevonatkozó elgondolásai az utókor számára ismeretlenek. Magam, bár történelmi kutatásokkal nem foglalkozom, mint a Batthyányi-könyvtár jelenlegi vezetője, ezeknek a megjegyzéseknek kapcsán veszem magamnak a bátorságot, hogy az Erdélyi Káptalani Levéltár 22. láda. 3514. sz. a. összegyűjtött okmányai, ill. a Batthyányi-könyvtár újabb kéziratának IX. 47. sz. gyűjteménye alapján nagynevű alapítónk tervezeteit, főképp egy Irodalmi Társaság megindítására vonatkozó latinnyelvű szabályzatát az alábbiakban ismertessem és részben közzé is tegyem.

A jelzett kéziratcsomóban mindenekelőtt egy Egyházi Akadémia nagyvonalú elgondolása ötlük szemünkbe. Nagy szt. Leó pápa és Borromei szt. Károly védelme alatt a püspök, vagy távollétében a szentszéki elnök vezetése mellett, egy promotor és titkár működésével óhajtott volna világi és szerzetes papokból álló egyházi tudós társaságot összehozni. Ennek az lett volna a célja, hogy tagjai valamelyes irodalmi tevékenységet fejtsenek ki évenként megállapítandó bizonyos munka- és tárgykörben, melynek anyaga úgy választandó meg, hogy egyháztörténelmi vonatkozása is legyen, a sorolás által rájuk kirótt kérdés részletes feldolgozásában fáradozzanak s így a közös munka erejével egyes kérdéscsoportokat tisztázzanak, végül pedig idegennyelvű, hasznos könyvek fordításával is mozdítsák elő a hazai tudományos haladást. A tagok között hivatalból szerepeltek volna a káptalan kanonokjai, s a püspök vagy az akadémia részéről meghívásban részesültek volna az arra alkalmasok. A jelentkezők fölvétele ügyében pedig a döntés joga a püspököt, illetőleg a társaságot illette volna meg. Jelentkezni csakis irodalmi működés alapján lett volna lehetséges. Az így összeállított társaság a nyári szünet, a nagyhét és az Űrnapja nyolcadának kivételével minden héten megtartotta volna gyűléseit s a felolvasott kérdéssel kapcsolatban eszmecserét folytatott volna. Évente pályatételeket is tűzött volna ki, melyeknek jutalmát, 25 aranyat, a püspök fizette volna. Promotora útján gondja lett volna rá, hogy tagjai közül, mint a terv mondja, „1. nullus otiosus maneat, 2. ut labores imperati perficiantur!“ Halála után mindenkiről gyászbeszédben emlékezett volna meg a társaság.

Sokkal részletesebb az alább közölt Irodalmi Társaság tervezete. Az 5 ív-
oldalra terjedő szabályzatot eredetileg más kez fogalmazta. Minden oldal két-
harmadát ez az írás foglalja el. A megmaradt egyharmad azonban apró, sűrű
betűvetéssel a püspök átdolgozása. A tervező 27 pontja közül annak a 7
pontnak kegyelmezett meg, amelyek most a szabályzat I. 5. és 7., V. 1. 2. 3. s
a VIII. 1. és 2. pontjai. A többi mind a püspök egyéni fogalmazása. Már az
elnevezés, *Societas Assiduorum* is, tőle származik. Az eredeti tervező az ak-
kori politikai viszonyokra való tekintettel a társaságot titkos társaság alak-
jában gondolta el s *Societas Incognitorum Hummorum* névvel jelölte meg.
Ezt a Batthyány által elgondolt szabályzatot közöljük ismertetésünk végén
minden íráshibájával, kisbetűs bekezdéseivel és vesszőhiányaival együtt.
Belőle az egyházi érzésében hűséges és tántoríthatatlan, a tudomány hala-
dása iránt érdeklődő, főképen a magyar és erdélyi kérdéseket szíven hordó
és szorgalmazó főpap alakja bontakozik ki előttünk. Jobb magyarázatot
azonban a szabályzat rideg betűihez senki sem írhatott volna, mint épen a
püspök maga, amikor az okiratgyűjtemény utolsó forrása gyanánt reánk
hagyta saját elgondolásában a társaság megindításának módozatait, az első
kibontakozás és célkitűzés gyakorlati megoldásához a megteendő lépéseket
a feldolgozandó anyag s a meghívandó tagok megjelölésével. Ez a feljegyzés
életet önt a betűkbe. Sajnos, hogy életet nem kaphatott az intézmény maga.

Nagy tervei, messzemenő szándékai voltak püspökünknek ezzel a társa-
sággal. Mint maga írja, „duo vel maxime cuperem a societate pertractari,
diplomaticam videlicet et chronologiam Hungaricam.“ Az okmányok tanul-
mányozására 16 nézőpontot ajánl. Ezek között az uralkodók, nádorok, püspö-
kök nevének és uralkodási idejének pontos meghatározása épúgy szerepel,
mint az írás helyes elbírálásának szövegkritikai eljárása. A stílus megfigye-
lése, a media et infima latinitas szókinésének összeállítása, geográfiai észle-
letek feljegyzése szinté époly fontos, mint a pecsétek és az érmek alapos
tanulmányozása. Ezek segítségével, de főképen a külföldi forrasmunkák ta-
nulmányozásával vette tervbe azt, hogy a tagok összefogásával a társaság
évente a magyar történelem két századát dolgozhatja át és kiadhatja idővel
Magyarország történetének megbízható, általános Chroniconját.

Önmaga kilátásba helyezi, hogy az értekezések során feldolgozza IV. Bé-
lának a tatárpusztítás után kifejtett újraépítő munkásságát. Ha szükséges,
kiadja az általa Kassán talált kéziratot Chronicon s végül a XI. század
Sacramentarium Hungaricumát. Büki (valószínűleg Büky József, a későbbi
bihari táblabíró, gondol) megirhatná a magyar jog történetét. Eötvös (va-
lószínűleg Eötvös Ferenc, a korabeli egri egyháztörténeti tanár és író) Ár-
pádházi Boldog Margit életét és csodáit ismertethetné, amelyeket szinté
Fülöp esztergomi érsek jegyeztet fel az 1200-as években és még ki nem ad-
tak. Schönberger (valószínűleg Ferenc, a piarista) „debebit aliquid ex opere
suo diplomatico submittere.“ Kákay debreceni gyógyszerész, „homo litteratus
et possessor amplissimae bibliothecae“, több száz kiadatlan római felírás tu-
lajdonosa, szintén előmozdíthatja a társaság munkásságát, ha azokat általa
adatja ki. A püspök testvére, az 1743-ban született Imre gróf, szintén értekez-
hetne eddig ismeretlen éremgyűjteményének ritka értékeiről. Koller kano-
nok (József, a későbbi pécsi nagyprépost) felszólítandó, hogy Lerini Vince
Commonitoriumának Draskovich György pécsi püspöktől elvégzett magyar

fordítását itt bocsássa sajtó alá. Úgy látszik, hogy új kiadását tervezte Batthyány, mivel a munka 1561-ben Bécsben már megjelent. Ma csak egyetlen példánya van a bécsi udvari könyvtárban.

A fentiekén kívül Blaho Vincét, a ferencesek házi történészét, ajánlja tagságra a püspök, továbbá Koppi piaristát, aki csak Koppi Károly lehet. Róla, valószínűleg tévedésből, azt írja, hogy „professor Theologiae in Monte Pannoniae“. Életének ezt az adatát sehol sem olvashatjuk. Feljegyzésének ez a helye magyarázható úgy is, hogy a püspöknek szándékában volt egyet a pannonhalmi bencés tanárok közül szintén meghívni a társaság tagjai közé, névmegnevezés nélkül. Latinosan inkább azt várnók ebben az esetben, hogy „unus ex professoribus...“ módon szólna az írás. Hell Miksának is írni kell az ügyben, jegyzi meg Batthyány. A szabályzatot is el kell küldeni neki bírálatra s egyben meg kell őt keresni, hogy a társaságnak alkalmas tagokat toborozzon.

Ezek a tervek és megjegyzések is mutatják, mennyire szívén viselte a nagy főpap az Irodalmi Társaság ügyét. Személyes összeköttetéseit épügy latba akarta vetni érte, mint kortársainak irodalmi munkásságáról vagy tudományos érdeklődéséről szerzett jólétesültségeit. Kár, hogy a terv mindörökké csak terv maradt. Így is illesse elismerés halóporában érte.

Leges societatis litterariae Assiduorum.

S. I. de societate ipsa, eiusque membris.

1. Nomen societati nostrae dare sat operosum videtur, cum nullum ferme reliquum fecerint diversae per Europam exstantes, nos quia assiduum in excolendis litteris studium profitemur, assiduorum nomen eligimus, vocabitur itaque *Societas assiduorum*.

2. Id proinde a sociis nostris desideramus, ut assiduam in utili quappiam elucubratione ponant operam, ita ut unusquisque nostrum quotannis industriae assiduitatis specimen exhibere possit, nisi forte sociorum aliquis in vasto quodam opere desudare constaret.

3. membra societatis talia sint, quos aut edita opera comendent, aut insigni eruditione pollere notorium sit, eligentur autem socii in pleno consensu unanimumibus votis.

4. Quatuor classes sociorum distinguimus honorariorum, quos honoris, et protectionis causa societati adscribimus, laborantium, praeparandorum, et adiunctorum. Laborantes illi erunt, qui semet obligabunt ad symbolum, uti praemissum est, quotannis conferendum. Praeparandi quidem etiam poterunt collaborare, ideo tamen adhibebuntur ut laborantibus substitui valeant. Adiuncti denique illi sunt, quos tantum versionibus utilium librorum destinamus.

5. Ut vinculum amicitiae socios firmiter coniungat, nulla inter eos prosapiae, aut dignitatis habebitur ratio; dum ab aliis segregati simul convenerint, aut vero litteris, mutua consilia exposcentibus, semet inviserint, fratres et collegas se invicem reputabunt; unius Praesidis adtenta honoris praerogativa.

6. Praesidis officium sit perpetuum, nisi sponte munere suo decederet, e vita itaque migrante, vel muneris suo renuntiante Praeside liberum erit membris societatis, quem eligere voluerint secretis tamen suffragiis, sive ex gremio sit, sive societati nondum adscriptus fuisset.

7. Praeses societatis in primo consensu secretarium, qui ad latus ipsius esse possit, nominabit, qui si officio suo defuerit, aut sponte sua semet eo

abdica-verit, elapso anno mense Januario in primo consessu alteri vices suas cedit.

8. Munus Praesidis erit, consessum convocare temporibus mox enarrandis, ac etiam alias si necessitas exegerit vel opportunum fuerit in gratiam hospitis alicuius insignis. Item proponere, quatenam communi omnium opera elaboranda sint, de eligendis sociis consultare, nomina illorum, qui proemium in propositis quaestionibus meruerint aperire, ac proemium porrigere.

9. Secretarii munus erit acta cuiusvis consessus conscribere, et in proxima sessione prioris acta nitide descripta exhibere, dissertationes pro proemio concurrentium suscipere, nomina concurrentium diligenter custodire, quaecumque in pleno consessu legenda sunt, perlegere, elogia defunctorum exarare, nisi societati aliter videretur.

S. II. de scopo societatis.

1. licet praecipuus societatis nostrae scopus sit antiquitates hungaricas, et Transylvanicas tam profanas, quam ecclesiasticas eruderare, quasvis tamen dissertationes etiam physicas mathematicas, et medicas suscipiemus dummodo novum aliquid contineant.

2. alter scopus nostrae societatis est, communi consilio, et iunctis viribus aliqua conscribere opera, prouti aliarum societatum vidimus in historia universali illustranda.

3. In id etiam incumbet societas nostra, ut per socios nostra opera aut inedita, aut rariora evulgentur, additis praefationibus, animadversionibus, atque etiam ubi e re fuerit dissertationibus.

4. Is quoque scopus societatis nostrae ut utiles libri sive ex hungarico in latinum, sive ex aliis linguis in hungaricum traducantur.

5. Quaestiones dogmaticas pertractare ab hac societate sit prorsus alienum ideo talismodi dissertationes non suscipiuntur.

6. Firmum et invariabile propositum nostrum est nil unquam scribere, aut edere, quod in Divinae Majestatis vergat iniuriam, vel Ecclesiam Catholicam quoquo modo lacerasset, aut iurgia dissidia promanarent, statumve publicum conturbarent.

7. Societas haec maximopere adlaborabit gentiles suos ad litterarum studium excitare, sataget itaque quovis anno proemium proponere pro more aliarum societatum litterarum.

8. Hanc denique non postremam utilitatem capere intendimus, ut quivis lucubrationes suas cum amicis absque discrimine existimationis suae absque invidia communicare et trutinare eorum subijcere possit. Veteribus quippe in more positum fuit libros coram amicis, aut etiam publice lectionare, ut illorum experiantur fortunam.

S. III. de consessibus societatis.

1. Duplicis generis habebit haec societas, publicos nimirum, et domesticos. Publici alii ordinarii, extraordinarii alii, ordinarii erunt bini unus in die Nativitatis Regiae Majestatis vel anniversario suscepti Regiminis, alter ante ferias autumnales dum sessiones illius anni terminabuntur, extraordinarius aliqua insolita causa id suadente, utpote insignis hospitis honorandi causa, vel adventu Summi Principis.

2. domestici regulariter quovis mense celebrabuntur, occasione autem ferentis quoties videbitur.

3. hi domestici consessus semper fient clausis januis eo solum admissis sociis in quacumque demum classe sint.

4. Consessus domestici hoc ordine peragentur, primum exhibebit secretarius Protocollum prioris sessionis, dein recitabuntur litterae ad societatem scriptae, mox revidebitur progressus laboris communibus viribus exantlandi, demum si quis sociorum aliquam dissertationem perfecit, illa pronuntiabitur. his finitis si quidpiam Praeses proponendum habuerit expedietur.

5. pro coronandis dissertationibus paulisper celebrabuntur consessus.
6. ab his consessibus absit ambitio aemulatio, invidia, disputandi libido, quivis sensa sua libere pandat, et quivis meliora proferenti cedere teneatur.

S. IV. de examine operum.

1. praecipuus scopus, uti praemisimus societati nostrae est, dissertationes concribere, huiusmodi itaque dissertationes in consessibus nostris relegentur, examinabuntur, discutienturque.

2. id ut fieri possit, non oportet esse admodum prolixas, adeo ut uno alterove consessu lectio illorum terminari possit, quod si tamen in majus expergerent volumen, et non placeret totum relegi, synopsis illius, unum et alterum caput praelegi faciemus, ipsum autem opus poterit inter nos, ad minus qui praesentes fuerint, mitti.

3. qui dissertationem paratam habuerit id Praesidi significabit, ac etiam illam exhibebit, ut tempus relectioni illius statuere possit. Praesidis dein erit praelegendae dissertationis materiam sociis notam reddere, ut quivis ad ponendas reflexiones paratus accedat.

4. dum itaque dissertationes relegentur cuivis liberum sit, reflexiones suas depromere, auctoris erit, vel e vestigio respondebit, vel oppositas difficultates domi suae expendet, et si quid ad illas expedierit, bene quidem, secus in proxima sessione desuper deliberabitur.

5. quia mutuo assiduoque conatu proficere volumus, quivis socius dissertationes, operaque sua etiamsi illa actis societatis nostrae inserenda non fuerint, ad societatem referet, quae sicut praemissum est providebit.

S. V. de actis societatis.

1. Acta societatis exurgent ex delectis iudicio consessus operibus, per annum examini et adprobatione eius substratis; quaedam nempe ex iis, rei et argumentorum novitate et praecellentia praecipue per modum dissertationum concinnata relegentur, ordineque debito disposita imprimentur.

2. Quoniam quod semet agendum adsumunt societates litterariae, perpetuo quodam tenore prosequi debent. Nonnisi post confectum primum totum determinare poterimus, num singulo anno, vel vero saltem singulo biennio ejusmodi producere queamus: taliterque deinde inviolabiliter procedemus.

3. Ut vero de futuris editionibus quaedam certitudo praevis habeatur, sicque de edendis operibus mature societas cogitare valeat, socius quivis primo anni mense, quid meditetur Praesidi, ejusque consessui indicabit nec poterit ullus ad hoc vel illud elaborandum cogi; quum non expediat opera invita, ut ajunt, Minerva scribi.

4. Porro dissertationes, et opuscula actis societatis nostrae inserenda unanimi votorum consensu approbanda erunt pleno consessu.

5. Secretarii munus esse volumus juncta cum Praeside (opera) actorum editionem procurare, pecunias pro divenditis exemplaribus inferendas custodire, quae injussu pleni consessus erogandae haud erunt.

S. VI. de communibus laboribus.

1. quotiescumque consessus celebratus fuerit, quivis injuncti sibi laboris symbolum proferet.

2. haec subsidia sociorum in fasciculum colligentur, suoque tempore Praesidi consignanda, qui illa in ordinem rediget, typisque sive ipse parabit, sive parari curabit.

3. adjuncti etiam quovis consessu referent, quantum progressi sint.

4. deliberabitur quovis consessu cujus opera ubi quomodo ad excolendas litteras uti valeamus?

S. VII. de extraneis.

Extraneorum etiam labores perlibenter suscipiemus, et ubi e re visum fuerit actis nostris inseremus, eam tamen nobis libertatem sumimus, quod opus illud examini subiciemus, animi autem nostri sensa humanissimis significabimus litteris.

S. VIII. de vigore harum legum.

1. Qui hisce legibus nostris parere renuerint, aut alias vitam christiano homine indignam duxerint, ii post trinam monitionem a numero sociorum delebuntur; et si Praesidi, ejusque consessui ita visum fuerit causa depositionis publico detegetur: sumus enim solliciti, ne propter unum alterumve toti societati inuratur labes.

2. Has Leges societatis nostrae quemadmodum nunc communi consilio condidimus; ita non aliter quam communi consilio deinceps, si quid necessum fuerit, iisdem addere poterimus, secus quod additum fuerit nullum unquam robur consequatur.

Közli: Dr. Baráth Béla.